

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. III. Jejunium sapientum, & Sanctorum hominum dictis, & exemplis  
commendatissimum; Succinctum Societatis Jesu patrocinium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

*Amb. 10. 5.* respondens: *Vide, inquit, arma Christi, quibus tibi, non sibi  
1. 4. coemant, vicit.* Vide ergo quo jejunii virtus sit, quantum bonini suo  
*in Lucam, praefet gratiam, quod tantam præstet alteri medicinam:*  
*mibi p. 49.* quemadmodum proprium sanctissimum hominem, quod ita purifi-  
*ca. 10. 3.* cavit alienum. Mira enim res est, alter jejunat, & alteri prodest  
*Quadragesima.* jejunantis utilitas. Ergo, fratres, ab slementie arma minime de-  
*mibi p. 307.* penamus, & quadragesima dierum jejunia sine intermissione  
*H. sermones* curenus. Hic est enim perfectus numerus ad vincendum. Domini  
*Justitiae alias* nus enim diabolus postquam quadragesima diebus jejunavit,  
*in tom. 5.* evicit, non quod non ante jejunia eum vincere potuisset: sed ut offendetur nobis tunc nos diaboli posse esse victores, cum per  
quadragesima dies victores jejunando desideriorum carnalium  
fuisse, eum autem qui bunc numerum consecutum gale in-  
temperantia via laetitia, tamquam imbecillem & miserum, faci-  
le ab inimico posse superari. Quomodo enim potest in altero dia-  
boli improbitatem vincere, qui gale intertemporiam in seipso  
non vincit? Frustris ergo homo tuus vicitur, ut possit esse vi-  
ctor alterius. Sunt enim intra te propriae tibi hostes, qui quotidie  
te oppugnant. Quis igitur jejunis offendit Christus, tunc  
nos viatores fore cacademonis, si jejunando prius  
fuerimus carnis. Si carnem tuam, mihi Christiane, non  
domueris, si corporis libidines non viceris, in ceteris  
omnibus despera victoriam. Servis corpori? viatis  
pane omnibus servies. Ita nos Christus, ita nos amici  
Christi, ita sacræ paginæ, ita sapientum præceptiones  
& exempla, ita nos ratio & experientia docet, nocen-  
tissimum omnium hostem esse carnem, & omnia virtu-  
tis ornamenta expilarit, ubi fur iste inquinilus non  
accuratissime observatur.

## §. V.

*Pauli dictu-* **V** Bicumque igitur poterimus, hunc hostem ex-  
*ad Ephes. 1.* gitemus. Pars maxima sapientiae, Corpori non  
3. v. 29. Ne- servire: necessarium sanctioris vita fundamentum,  
mo umquam Carnem modò cibo potuere fraudare, modò ve-  
carnem suam odio habuit; superflui spoliare, modò parte somni privare,  
nil penitus modo alii eam rigoribus macerare. Hic parcere, fa-  
dictis officiis tute lævit; hic servire, animo sapientiae est. Hic que-  
Nam Pan- vis fibram non indulgens recte dixerit: Vexo vexan-  
lus uxorem tem me.

*intelligit,* Valentinianus Imperator jam animam aeturus, in  
qua quasi fatali lectulo aliquantulum lese erigens, jānque ultimū  
cave vixi subridens latto spiritu: Deus, inquit, unicam mihi  
est. Gen. c. hi vicitoriam concessit. Quam illam, obsecro? Mox  
2. v. 24. E- igitur subiungens: inimicorum, ait, nequissimum vi-  
runt duo in ci, Carnem mean. O vicitoriam omnium non solùm  
illustissimam, sed etiam utilissimam!

*Andreas Schottus* Franciscus Borgias Dux Gandia, jam religiosæ familiæ adscriptus, corpus non ut amicum, sed ut ho-  
L. 4. vita stem pessimum alsperrim tractavit, nec in hoc genere  
Borg. c. 5. pia crudelitatis quidquam omisit. Interrogatus, cur in  
scipitur tam immitis & ali per ageret? Hanc belluam, inquit, plorare jubeo, ut quam voluptatem è deliciis  
palatum cepit, eadem ablinendo amittat & expiat.

Hoc agamus, & carnem non imperare, sed ancillari jubeamus. Placet aeternum vivere? dicit Caro mortis. Molestis tunica fatigetur, jejunis crebris exercetur, inediâ & fame dometur. Si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivemus. Cum infirmabimur, tunc potentes erimus. Atque hac prima est cauilla frequentandi je-  
junii, nequicia carnis coercenda est freno crebræ es-  
titutionis.

Bene ageretur cum homine, si caro haec, quâ intelli-  
rior & verus homo tegitur, tam libens virtuti quâm  
voluptati inhæretur; hanc enim sponte sequitur, illam  
non nisi imperio coacta. Ceterum quo contumacior est, magisque in vitorum dulcedinem propensa, eò  
rectius sapientiusque fecisse videri possunt ii, qui illam ut mancipium nequissimum laboribus, inediâ,  
verberibus affligentes, rationis iugo subjecerunt.

Macarius Alexandrinus, quia gravis & asiduum illi

A certamen fuit adversus carnem, faccum fabulo plenum ad extremam laitudinem gestabat humeris. Rogatus forte quid supervacua illa sibi vellet opera? Niisi, ait, corpus hoc graviter affecero, animus necesse est periclitetur. Haec præcipua & princeps fuit cura omnium Christi cultorum, fraudare genium, & carnem modis omnibus vexare. *Caro concupiscit aduersus Gal. 4. spiritum, spiritus autem aduersus carnem. H. c. enim sibi invi- 1. 17. cem aduersans. Vnde quisque vero tentatur à concupiscentia 1. at. 1. sua abstractus & ictus. Qui autem sunt Christi, carnem suam 1. 14. crucifixerunt cum vitio & concupiscentia. Profecto nulla Gal. 4. peccus efficacior ad vocandum, quam inimicus domesticus. Malè 2. 14. Boëth. 1. tumur gerit bellum, cum hostis inquinilus est intra muros, qui cum tueri debeat, oppugnat. Sic ea ipsa Dalila, quæ juvare debuit, Samsonem prodidit, quem blanditiis ad secreti prædicionem pellexit. Ita caro innumeris nequit perdit animum, cui junctæ est in adjuvamentum. Quod questus eruditus Gregorius Na- 1. 12. Greg. Na. zianzerus: inimicus, inquit, est mihi benevolus, & amicos oral. & insidiosus. Pro copalam & dissidium! Quod times, loeo; & pa- 47. panter quod amo, metuo: prius quam bellare incipio, concilior, & cura, antequam pars fiat, dissideo. Atque adeo hic illud ver- sim :*

*Nec tecum possum vivere, nec sine te.*

Duabus autem manibus impugnat nos Caro, Gulà 12. Epiph. & Luxuria; utramque ligat & exarmat famas & in- 47. dia. Ergo si equus tuus, caro tua calcitrat, minue pa- bulum, in jice frenum.

## CAPUT III.

*Jejunium sapientum & sanctorum hominum di- 1. 1. cts & exemplis commendatissimum: Suc- cinctum Societatis IESV patrocinium.*

**C** VERONENSIS Antistes & Martyr Zeno, vir perinde sanctus ac doctus, anno Christiano ducentesimo, Gallieni Imperatoris ævo, non pauca scripsit. Inter genuina & certa viri scripta numeratur sermo de quaeratur temporum jejunio.

Videte, obsecro, ante annos mille quadringentos jejunum è cathedrà jejunium à trenta mestri spatio repetendum promulgatur. Non ergo data jejunia ut rem novam horreamus. Sed hic ipse Presul sanctissimus Zeno: *Si infantes, inquit, ab innatis vermis infestentur, non eis saccharum, non mel, sed amarior, quam horreant, potincola propinatur, ut amarore illo necentur & ejiciantur vermes.* Quid Caro nisi verminum popina? in carne crescent, & animantur peccata, animatos hos vermes jejunum, in se amarisculum extinguit & eneat. Sed Caro, velut contumax infans reluctatur, & respuit saluberrimam amaritatem. At spiritus, si quidem renuit sceptro exui, non cedat, *Mortificationis ab initio carnis verma jugulet, jubente, Rom. 8. 13.* Paulo: *Si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Atque de hoc ceppimus differere, primâque suscipiendo jejunii causam assignavimus. Nequitiam Carnis: subiungimus alteram, tam hominum sanctorum, quam prudentium aliorum exempla.

## §. I.

**I** Obus veluti aberrans viâ sollicitè indagat: *Sapientia 1. 1. ubi invenitur, & quis est locus intelligentiae?* Perinde si dicat: *Quæsivi cam in choreo inter trepidia, & non inveni: quæsivi cam in domo nuptiali, & non inveni: quæsivi cam in diversoriis & cauponis, nec illuc inveni: quæsivi cam in triclinio ad epulas & pocula, & nec vestigium illius inveni: quæsivi cam in con- clavi, ad abacum & chartulas lutorias, & minimè inveni: quæsivi cam in cellis viriaris ad plenos vini domini, Opimiani cados, & non inveni: quæsivi cam in aulis*

in aulis & regum turribus, sed nec illic invenire potui: quiesvi eam in cubiculis, ubi ad speculum judicem totas horas comitur caput, & quiescam non inveni: quiesvi eam etiam in curis inter Anatorum subsellia, sed heu neque huc quidem sublimiorum illam sapientiam inveni. Quod tandem eundum? Nescit homo pretium eius. Vbi ergo sapientia investiganda? Hoc tandem solum reperi, ubi sapientia haec non reperiatur: Non invenitur in terra suaviter videntium, ubi cuticula tam sedulè curatur, ubi genio indulgetur, ubi editur, bibitur, luditur, ubi poculis certatur, ubi choreis aut otio vacatur, sapientia sane non invenitur. Nemo eam histalibus locis inquirat, revera non inveniet. Vbi saturitas aut intemperantia est, ibi sapientia non est. Tradidit sapientia de occulis; in domorum latebris, ubi sermo cum Deo misceatur, ubi fleur & pectus tunditur, ubi jejunatur, ubi eleemosyna eroganda numeratur. Ecce timor Domini, ipsa est sapientia & recedet a malo, intelligentia. Hoc optimè Salomon, & ab eo viri sapientes & sciendi omnes solerissimè intellexerunt. Salomon animadversens sapientiam in discis, poculis, molibus lectis, infamibus deliciis non inveniri: Cogitavi, ait, in corde meo, abstrahere à vino carnem meam, ut animam meam transferre ad sapientiam, devit, & emque futitiam. Nam multò melius est aquam bibere, & sapere, quam potare vinum, & stultitiae mixturan non effingere.

Hic mihi animus non est catalogum eortim texere, qui non natura, sed virtute abstemi fuerunt. Aaron & omnes Sacerdotes tabernaculum ingressuri vinum non bibeant. Dei præceptum est: *Vinum & omne quod inebriare potest, non biberis, tu & filii tui tecum, &c.* ut habeatis scientiam discernendi. Ita & Nazarei vino & re omni, que temulentiam parit, abstinebant: ita & Rechabites ob solani parentis sui iustitionem ab uvis & omni mero temperarunt.

## §. II.

Oannes Baptista verè magnus erat Dominus, & vīnum & siceram non bibit. Pari modo Iacobus Apostolus numquam usus balneo, numquam unctus oleo, numquam novacula rasus, carnes non comedit, vīnum & siceram non bibit. Daniel, Ananias, Azarias, Misael, fontanam regio vīno pāpōsuerunt. Beatus Eugenius Ruspensis Ep̄ip̄opus nullā umquam necessitate adduci potuit, ut aut carnes ederet, aut vīnum biberet. Paula Romana vidua, nec in morbo quidem vīnum admittere sustinuit, nullis medicorum imperiis ad id fese adigi passa. Beatus Emericuſ sancti Stephani Pannonicus regis filius, qui affidatus fese jejunis exeruit, nil umquam gustasse vīni dicitur. Beatus dominicus Calagoranus amplissimae familiæ parentes decengio toto nī vīnū libavit. Plurimi per omnem vitam abstinerunt vīno. Horum numerum inire nimis quam operosam. Inter Christianos olim Hieronymi avo, monachus tam procul aberant à vīno, quam procul ab urbis, cùm etiam languentes & ægri aquā frigidā uterentur, & coctū aliquid accepisse luxuria fuerit. Imò Christiani omnes diebus jejuniorum, præsertim Quadragesimæ, vīno abstinenre soliti sunt: uti videre est apud Clemētem, Origenem, Basiliū, Cyrillum Hierosolymitanum, Theodoretū. Sex diebus hebdomadis sacrificioris solum cibis aridis, pane, olentibus, sale, & in potu aquā viabitabant. Duobus autem ultimis diebus, Parakeve ac Sabbato sancto penitus jejunū perseverabat.

Noverant illi omnes sapientiam non inveniri in terra suaviter videntium. Idcirco cum Salomone non cogitarunt solum abstrahere à vīno carnem suam, sed abstraxerunt multis aut omnibus annis. Ante annos quadraginta, in Ingolstadiensi Academiâ, hæc Medicorum Thesis publicè defensa: *Aqua potus optimus, sa-*

*Tom. II.*

*luberrimus.* Viros novimus complures, eruditos, nobiles, tam robustos quam sanos, qui summo valerudinis bono abstinent omni vīno.

O vīnum, vīnum! Tu portū hauris orbem, & meritis homines, quam ipsi te. Quisquis calicis ducentis studet, in virtutis familiâ adscribi non poterit, ni prius illud bibendi studium pessimamque confuetudinem correxerit. Sacerdos potulēt & homo ebriosus, uterque necessariò virtuosus. Innumeris in virtutum gurgitatem deject tam assidua & maligna sitis. Minus tristitia, aut sitim cordatus rexilient, revera sanctus & diutius viviscent. Hic ego non Ebrietatem in ius voco; ad exadius & severius illa tribunal est citanda; sed illud, ut dixi, assiduum pītīssimū studiū accuso: hoc innumeris hominibus ita nocet, ut eos vel incuriosos & nullius frugis, aut quod pāne idem, serio virtuosos faciat. Quid enim solidæ sapientie, aut virtutis, aut exercitiae industria in eo homine reperias, qui omnem in se meliorem indolem frequentioribus poculis expungit? Terra semper madida degenerem prolem, pinas, locum, ranas educat; homo vix unquam siccus aut oscitantiam, aut quod proximum, partu vīna. Ab hominē semper madido non expectes nisi lōmnolentiam, aut stultitiam. Abundas & plūs aquo copiolis potus, non Quia a-solūm deteriorem vītam, sed & breviores efficit. Carbunclem nō refrēnit, qui ei tot poculis sacrificaverit. Vis potus non carnī obsequiū persuaderet. Castiga, macera, jejunū, solum de-doma, eamque ut ancillam, non ut dominam habe. Ca-vitam, fed ro non nīsi à plagiis disicit sapere. Atque hic illud Cabiligula rectissime usurpando: Sic feri, ut sentiat se mori. Beatissimus Paulus sic corpus feriebat, non qua-fi aërem verberans, sed ut sentiret se petri.

Petrus Damiani Monacho purpuratus senator, & Petrus Da- Episcopus Orléensis, viro religioso epistolam scripsit *mihi. 10. 1.* hac inscriptione: Petro Cerebro Monacho, Petrus lib. 6. epist. peccator, Monachus salutem. Oderat vir ille religio-pag. 291. fus. & perinax rejecerat uitatam carnis maceranda disciplinam. Hinc magnificum illud encoum: Petrus Cerebrosus, cuticula amator perquam studiosus. Ah, quanti sunt verè cerebrosi, cùm carnis petulantias audiunt edomandas. Hi, ut liberius errant, in sui patrocinium trahunt non exigui nominis exempla.

## §. III.

**L**iceat hīc minimam Societatem nostram verē-cundo calamo non commendare, sed à sequiori iudicio defendere. Videri possit non nemini Societas I E S V in macerandā carne non nimium opera collo-care. Mānīcīs, quisquis es, sine bīle & igne ad aram Veritatis hoc disceptemus, sed paucissimis, & velut aliud agendo.

Plurimorum opinio & sermo est, lautam esse Ie- fuitarum menſam. Bene paſcuntur, ajunt, & bene veſtiuntur, & plerumque non auguste habitant. quis le-gibus adeò non feveris nolit vivere? Quæſo te, mi-amicissime Lector, si me mērūque candorem nosti, patere tibi rem sine fuso detegi. Medium me geram, neque à partibus ſtabo.

Qui pro Societate hac minimā apologetas scrip-terint, complures numerantur, non item qui speciatim ejus diætam & mensa rationem explicarint. Neque ego hīc quidquam moverem, niſi me thematis, de quo agimus, impelleret argumentum. Religiosas omnes fa-milias veneror, & in Domino I E S V complector; abstinentiam illarum, & creberima jejunia prædicto, aliisque etiam imitanda ſuadeo. Hīc autem parcus ſobriusque Societatis vietus exponendus, neminiſ abſtinentia vel minimū spretā.

In Societate I E S V Principiō Societas hac strictissimā in rebus pāne omnibus obedientiam inter suos propagat. Fatetur id mē pro-alii cœtus religiosi. Neque enim hīc ulli parcitur, cūm pagatur o-parendum bedientia;

parendum est : non ~~etas~~, non eruditio, non can-  
ullum à parendi legge faciunt eximium. Vnicum Româ  
verbulum volat, & mox eum quem compellat, ex hac  
in aliam transfert provincian. Quantis ac quoties jam  
factum? Novi ego quamplurimos unico epistolo è  
Germaniâ in Galliam, in Italiam, in Hispaniam, in Si-  
nas, in ultimam Thulen exportatos.

**Frugalitas** Deinde si mensam accedas, frugalis ea & parsca est, in mensa; qualis inter plebeios opifices esse solet. Tam prandium quam cena non ultra tres missus numerat, planè vulgares ac facilè parabiles: Solenniores festi dies apponunt quartum. Extra hos prandium initiat offa, caput prandi bubula, missus tercius rapæ aut olera, prout anni vices sunt. Quod si offa medium prandii locum occupet, anteambulonem agunt ovium exta aut prianæ carnis minutal, aut ovis frustillum; hunc prodromum è vestigio comitatur juculum, istud proximè insequitur bubula; prandium claudit casei particula, vel ceterorum aliquid, aut pomum, pro anni varietate. Hædem cenæ rato. Illius initium offa vel laetucula, hanc excipiunt, vel alia carnis aliquid, mox finis advolat pomì recentis aridissimum genus, aut hordeum, aut pulmentum. Ultimis duobus hebdomadis diebus, rari pesces in mensam nostram adnaran, pretiosis legi semper exclusis. Exordium prandii tufum aut integrum cicer, proximum & primarium ferculum ova, subinde pastræ vel aselli marinii; tertium, olus aut pulmentum. Hæc mensa frugalitas per omnem annum religiosissimè observatur in collegiis omnibus quantumcumque iunctis. Itali adhuc parciunt prandent cenantque regionis & gentis more. Si fidem neges, curiose Lector, conviviam te invito: ipse inexpectatus improvviso veni atque arbitrare, & ea, quæ dixi, tuis oculis credes.

Dici **Veneris** in **hebdomadā abstinence;** Tertiō, singulis hebdomadibus sextā quāque feriā leges nostrae abstinentiam indicunt, cuius ea est pars monia, ut plerisque omnibus, si sententia perrogenitur, gratius videatur jejunium, quām abstinentia. Natura cēna sera non nisi unicam offulam aut lactuculam, cāmque prorsus incomitata; porrigit edulii genus quod plerique prius submoveas quām apicias. Hinc facete vir quidam religiosus dicebat: Astutus sanè fuit beatus Ignatius, qui in singulos Veneris dies non jejuniū, sed abstinentiam velut remississim aliquid & facilius imperavit, cū reverā difficultis sit. Nam à sumpto prandio, quod ferculo nullo austiū est, expectandum ad horam septimam vespertinam, quæ cenulam illam proponit, post quam non lavantur manus.

Accedit, quod, eti haec minima Societas extra statos Ecclesiæ dies jejunia suis pauca imperet: nam iis qui quotidie in scholis quinque horis vociferantur, aut laboribus domesticis fatigantur, hoc nimis quam difficile foret; nihilominus plurimi quovis Sabbato cenâ abstinent, inter hos etiam magistri & concionatores: & illos quidem diurni labores in Gymnaliis, istos die postero fecuturi in cathedris, a jejunii lege absolverent: illorum tamen & istorum plurimi sponte suâ quavis hobbdomade jeunant; sunt quibus jejunium quotidianum non difficeretur permisum. Ejus enim rei veniam petentibus datur facillimè. E compluribus qui singulis diebus semel dumtaxat cibum sumperunt, honoris causâ, nominem Leonardum Lessum, virum è scriptis notum, qui quotidie non prandere, sed cenare tantum solebat. Idem plures alii & antechas observarunt, & etiamnum obseruant. His nominatum accensendum Franciscus Suarezius Theologus cuius poesta singularior mentio facienda.

Objicias: Convivas Iesuita lautè ac delicate habent. Ajo primò, hīc pāne sēpiū peccari defectu quām excessu, cūm hospites aut viri principes longè infra suam conditionem accipiuntur. Deinde, peregr-

**A**na plerumque præ domesticis mirè sapiunt, & inter lautitas censemur, quæ domi sorderent.

Ajo tertio, in convivarum gratiam subinde promi,  
quidquid in domo melioris opsonii aut vini est: &  
quod domesticorum nullus nec libando quidem gu-  
stat, hoc in hospites & convivas velut debitum expen-  
ditur. Nec ne cinis ob largiorem hanc humanitatem  
nobis sepius maledici.

Ajo quādū hic limites, à majoribus positos, quandoque aut transiliri, ni nimis dando; aut nec quidem attingi, nimis parum apponendo? Quid volumus? uti dominicum vinum ministratoris est gratia, ita opof-  
nium lautiū paratum, aut plū æquo multiplicatum, coci est benevolentia. Plerumque cocus laudari vult, idē focum luculentiorē instruit, & quidquid habet artis exprimit. Hic majores viderint, ne quid Respu-  
blica religiosa capiat detrimenti.

B Superioribus addo; vestitū ratio in hac minimā Vestī  
Societate illa est, quæ cujuscumque regionis plebeis, tatio,  
sed honestis Sacerdotibus conveniat. Interim usus ci-  
licii frequens, & quibus placet, quotidianus. Lecti ac  
cubitū ea est ratio, quam paupertas amet. Liberum  
est omnibus rigidum afferenti lomno substerere, aut  
amoris plumis lecto stramineo incubare. Novi qui  
numquam alio fusi sint lecto. Neque hic difficilis vena  
conceditur. Ita in hac Societate nihil subsidii deest, et quod  
minus aliquis rigidissimam vita rationem servet, est quo  
Quotidie jejunare, itramini aut ligno indormire, hu-  
mi cubare, vigilias frequentare, corpus quotidie fla-  
gris objurgare, hæc atque his familia in expedito sunt vita re-  
volenti. Hæc autem sine discriminatione imperari non po-  
tuerunt is, qui assiduè literarum studiis invigilant, &  
viribus sunt adeò inæqualibus. Sunt nihil omnis qui  
jejunii, ciliicis, flagellis, vigiliis, rigoribus aliis quoti-  
die corpus exerceant. Possum nominare hujus Socie-  
tatis viros eruditos, religiosos, etiam octogenarios, qui  
quotidie jejunent, qui in seipso flagris quotidie ani-  
madvertant.

Franciscus Suarezius Theologus, qui anno octauo decimo septimo huic minimæ Societati adscriptus, quinquaginta quatuor annis in eâ vixit, septuagenarius obiit. Illustrandæ Theologie vir iste unum & virginem grandes tomos in lucem editit: quotidianis jejuniis carnem maceravit: nec enim unquam nisi semel de die cibum admisit, quotidie itidem flagellis corpus in servitutem redigit, tantum temporis orationi dedit, ac si studia neglegret; ita studiis invigilavit, ac si orationem penitus intermitteret.

Sed & alios è Theologis Societatis viros oppid  
eruditos nominare est, qui quotidianā verberum di-  
sciplina se multārunt, quod nullius, putem, religiose  
familiae legibus imperatur. Itaque cilicia, humicubationes,  
flagella, jejunia, ceteraque carnis mortifica-  
tiones in Societate Iesu receptae & usitatae. Ta-  
ceo alias multò severiores ac crebriores, & quæ magis  
urunt.

Nihilominus in hanc minimam Societatem sententiae passim acerbæ dicuntur; nigrum illi theta figitur locis plurimis. Obscro, qui estis vos, qui judicatis servos alienos? totum aliquem cœcum, totum Ordinem religiosum infamie notulis perfricare, non leve piaculum est. Ad tribunal Cæsaris stamus, ibi nos oportet judicari\*. Iudicia humana millies iterumque millies erant; divinum etsi serum, absque errore omni exactissimum est. Ad istud leti provocamus; ad summi premi Cæsaris tribunal consitimus. Erigere conscientia, & nihil metue; centies millies ad inferiora tribunalia cedisse causâ non ei obterit, quisquis ad supremum vicerit. Deus judex est.

Sed hæc, mi Lector, candidè tecum per digre-<sup>\* A.D. 131</sup>  
fiunculam fabulari licuerit. Redimus ad lineam. <sup>v. 10,</sup>

## §. IV.

**Q**uicunque suæ pelliculae amans, carnis castigationem odit, non iniquè sibi audiet occentari; **P**etro cerebro: qui nempe rejicit quod omnes Christi amici, quod omnes homines Sancti, ut pharmacum plane necessarium obviis ulnis admittunt. Vbi nulla mortificatio, ibi nulla virtus. Fatemur quidem solidam sanitatem non in maceranda carne, sed in exercenda charitate, & in verâ humanâ voluntatis ad diuinam conformatio[n]em confistere. Nihilominus profecto illud ad hoc necessarum est.

Confidebat mihi obsecro, tam priscæ quam novæ legis illustrissimos quoque viros. Videat regem David coercendæ carnis, vincendæ sitis, genii fraudandi absolutissimum exemplar. Si tiverat Rex David vehementissime. Non defuit suum huic siti ingenitum. Mox enim Regi occurrit a Bethlemiticam portam sciamplar. turire fontem gelidissimum. Hinc regiæ voces illæ: **I**urip. **O si quis daret mihi aquam de cisternâ Bethlehem, que est in portal. Q**uoniam primùm t[em]p[or]is militum fortissimi ad hoc genus oblique feso auctorarunt, & hostium castris vi penetratis ad fontem pervenerunt. Haustam hinc aquam, hostium stativis denouè perrupisti, detulerunt ad regem. Rex ausus ingentes demiratus, & sitim præsente jam aquâ concitatiorem generosissime subfringens, noluit bibere, sed magis libavit eam Domino. Factum, o superi, laudatissimum.

Dicite bibones sitim sibi jugulare, qui potu sapientius non tam sitim extingue, quam extinctam reparare & accendere studetis.

Sed ad illam Hebrei Regis continentiam velut æmula potest adjungi illa Macedonis Imperatoris virtus. Rex Alexander copias per arentem Indianam duxit. Aquarum penuria prius desperatione quam desiderio bibendi sitim accedit. Per quadrangenta stadia ne modicus quidem humor existit. Arenas vapor æstivi foliis accedit: quæ ubi flagrare coeperunt, haud secus quam continent incendio cuncta torrentur. Caligo deinde immodico terræ fervore excitata rucem tegit: camporumque non alia quam vasti & profundi æquoris species est. Nocturum iter tolerabile videbatur, quia rora & matutino frigore corpora levabantur. Ceterum cum ipsa lux æstus oritur, omnemque naturalem absorbet humorem fuscitas, ora visceraque penitus uruntur. Itaque primum animi, deinde corpora defecere. Pigebat & confistere, & progreedi. Pauci à peritis regionis admoniti præpararant aquam. Hæc paulisper repressit sitim. Deinde crescente æstu rursus desiderium humoris accensum est. Ergo quidquid vi ni oleique erat hominibus ingerebatur: tantaque dulcedo bibendi fuit, ut in posterum sitis non timeretur. Graves deinde avidè hausto humore non sustinere arma, non ingredi poterant: & feliciores vidabantur, quos aqua defecerat, cum ipsis sine modo infusara volumitu cogerentur regerer. Anxiū Regem tantis malis circumfusi amici, ut meminisset obrabant, animi sui magnitudinem unicum remedium deficientis exercitus esse: cum ex iis qui præcesserant ad capiendum locum castris, duo occurserunt utribus aquam gestantes, ut filii suis, quos in eodem agmine esse, & ægri pati sitim non ignorabant, occurserent: qui cum in regem incidissent, alter ex iis utre resoluto vas, quod simili se-rebat, implet, porrigenis Regi. Ille percontatus quibus portarent, filii ferre cognoscit. Tunc poculo pleno, sicut oblatum est, reddito. Nec solus, inquit, bibere sufficie, nec tam exiguum dividere omnibus possim. Vos currite, & liberis vestris, quod propter illos attulisti, date.

Deus bone, qualis haec abstinentia, & quam illustris Mortificatio in homine militari, in juvente, in rege, in idololatrâ. Si Macarius aliquis aut Paphnutius ita

Tom. II.

A genio illusset, rem suo nomine dignissimam fecil-  
let: in rege milite quis istud satis miretur?

## §. V.

**N**ec possum quin & te Rudolphe Imperator Av- **E**tatis 5.  
gustissime in hac Regum abstinentium societa- **vius lib. 3.**  
te collocem. Rüdolphus I. Cæsar in Ottocarum Re- **Comment.**  
gem Boemum arma movit. Aquæ penuria sitis ingens **de reb. ges.**  
exercitum Onorem affligebat. **M**inc milites excurre- **Alfonsi.**  
bant prædaturi non aurum, non vestem pretiosam, **I. imp.**  
sed aquam, aut liquorem potabilem. In via exceptus  
honio paganus, qui messoribus lagenâ lignea cerebat  
fontem. Huic præda liquida cōtinuo crepta, & ad Im-  
peratorem non sine gratulatione delata. Hic Imperator  
abstinentissimus, & verè suimet viator: Redde, in-  
quit, homini lagenam nec minimo libatam. Nam ego  
haustum non mihi, sed exercitu meo sutebam. Deum  
immortalem, vox generosa! Qui sitim habet tam  
docilem, famem etiam non difficulter endocefaciet;  
qui oris & gulae potens est, etiam cordis erit.

**P**lato, qui pane, paucioli oliyis, & fonte vitam to- **Platonis.**  
leravit, sapientius cum sitis, aquam antlia hausti, sed haus-  
tum mox effudit; sed & iterum hausti, iterumque ef-  
fudit haustum, ut etiam hac in re sui ipsius victor esset.  
Hinc tantus vir, hinc ille divinus Plato evasit. Vbi nul-  
la sui Victoria, nulla virtus.

Lacedæmoniis nullam disciplinam abstinentiam po-  
tiorum habuerunt. Ideo adolescentes habitiones, &  
obesi corporis inediâ vexarunt, ut eos ad gracilitatem  
reducerent. Abstinentia profecto disciplinarum inter  
Christianas nobilissima.

Omnium Sanctorum hominum is animus semper,  
ea fuit animi sententia, ei, qui quidem cupiat vitii re-  
sistere, corpus rigide tractandum. Quâ in re cum Se- **Sen. ep. 32.**  
necâ locutus: **C**orporis, ajebanit, velut oneri necessarii non **sing. mibi**  
amat, sed procurator sit, nec se illi, cui impositus est, subji- **pag. 58.**  
ciat. Nequilibet est, qui corpori servit. Nam ut alios dominos,  
quos nonna pro ipso sollicitudo iugavit, transferat, ipsius morosum  
imperium delicatumque est.

Diabolus hostis vaferimus quādriu[m] in homine  
observat intemperian[t], tamdiu certam sperat victori-  
am; cani simillimus, qui non facile abigitur, dum  
macellum patet, dum carnes venales in oculis sunt: ita  
pland cerberus iste, quādriu[m] corpus veluti plenum  
macellum omni ciborum genere distenditur, liberale  
sibi pubulum inde pollicetur.

Hinc illæ Christi voces: **Qui amat animam suam, perdet eam.** **I**ean. c. 18.  
Cui corpus & corporis vita tam clara & pretio- **v. 25.**  
sa est, & beatitudine æternæ vili est: **Qui vero odit ani-  
mam suam, inveniet eam:** quisquis enim ut hostis, quod  
in se carnale deprehenderit, mortificationis ferro ju-  
gulaverit, viam inveniet ad æternam vitam. **D**iluci-  
diffissime Paulus: **S**i spiritu, inquit, facta carnis mortifica- **Rom. c. 3.**  
vitis, vivet. Ergo mortificare membra vestra, que sunt su- **v. 13.**  
per terram. **C**oloss. c. 3. **v. 5.**

## CAPVT. IV.

Iejunium, Valetudinis unicum & princeps  
præsidium.

**C**HRISTUS ergo tam vinum quam oleum non va-  
sis lignis, non staneis, sed laccis scorteis infunde-  
batur. Ita Christus: **Nemo mittit vinum novum,** inquit, **in Matth. c. 9.**  
**utres veteres, aliogu[m] rumpit vinum novum utres,** & ipsum **v. 17.**  
effundit. Hac usus similitudine Petrus Chrysologus: **Marc. c. 2.**  
Vites veteres, inquit, **Iudeos vocat: novos utres nuncupat** **v. 22.**  
Christians: **qui sicut utres pellum ab omni squalore pur-** **Lact. c. 5.**  
**gantur, & pigmentis linuntur odoratis, ut saporem vini pos-** **v. 37.**  
**sunt inviolabiliter custodiare:** ita jejuni corpora humana ab **Chrys. for.**  
**omni carnalium delictorum squalore purgantur, & sunt u-** **nem mihi**  
**tres divinis torcularibus apti;** ut de pale crucis accipient **pag. 87.**